



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XVI. Markgraf Johann verkauft mit Zustimmung des Markgrafen Woldemar Schloß und Stadt Meseritz an Arnold von Uchtenhagen, am 26. Juni 1316.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

majorem premissorum evidenciam presentimus duximus apponendum. Datum Cammin, anno Domini Millefimo tricentesimo decimo quinto, proxima secunda feria post Cantate.

Nach dem Kamminischen Copialbuche des Pommerischen Provinzial-Archives.

XVI. Markgraf Johann verkauft mit Zustimmung des Markgrafen Woldemar Schloß und Stadt Meseritz an Arnold von Uchtenhagen, am 26. Juni 1316.

Nos Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio. Recognoscimus — —. Quod nostro Fideli militi, domini Arnoldo de uchtenhagen dicto, ac eius heredibus contulimus et presenti serie conferimus, Castrum et Opidum Meserithz cum omnibus suis pertinentiis, scilicet distinctionibus, terminis et limitibus, villis, agris cultis et incultis, lignis, pratis, — —, cum omni Jure et utilitate et Jurepatronatus, cum Judiciis supremis et ymis, cum omnibus precariis et serviciis — —, prout Nobis, dum nostra essent competebant, debito et consueto pheudj tytulo possidenda. Proinde Idem Arnoldus Nobis dedit duo milia marcarum argenti Brandenburgensis et ponderis in pecunia numerata — —. Eorundem tamen Castrum, Opidi, villarum et suorum attinentium competit nobis reemendi libera Facultas, Ita si predicto Arnoldo aut suis heredibus ipso non extante predicti Summam argenti a data presentium ulterius per Octo annos in antea continue computandos restituerimus, extunc predicta Castrum, Opidum, ville hiis adjacentes cum suis pertinentiis, ad nos devolventur omnimodo velut prius, — —. Nos quoque woldemarus, dei gracia — — Marchio, non ignari huiusmodi collacionis contractus per predictum marchionem Johannem rite Facti, ipsum in omni parte sua, quantum in nobis, approbamus, ratificamus et nostri Sigilli patrocinio confirmamus — —, presentibus testibus, scilicet viro nobili domino hermanno de Barby, Burchardo de Berthenfleuen, Buffone gruwelhudt, petzone de Ioffowe, Cristano de gherardesdorpp et Johanne de vorlant, militibus. Slothekone, tunc temporis nostre curie dapifero, cum aliis pluribus Fidedignis. Actum et Datum in Everswold, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Sextodecimo, die beatorum Johannis et Pauli martirum.

Wohlfürst I, 613.

XVII. Die Markgrafen Woldemar und Johann versprechen dem Arnold von Uchtenhagen zu ersetzen, was er auf Meseritz verbauen wird, am 26. Juni 1316.

Nos Woldemarus et Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchionenes, Recognoscimus in hiis Scriptis. Quod quidquid dominus Arnoldus de uchten-